



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

S. Chariton Conf. 28. Septembris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

per Boleslaum in mensâ obruncat. Sed parricidum novercæ matris, neque ipsa quidem Styx nuntiavit: curru quippe vectam cum omni comitatu (simodò aurigam excipias, qui ære campano exstitus ad aram accurrerat) vivam absorpsit, utique non levem terram habituram, cui viva tam gravis erat. Ex Surio.

Nemo sberet in patronis, nemo in amicis aut parentibus, cum etiam frater fratrem tradat in mortem, pater filium & filius patrem. S. Ioann. Chrysostom. hom. 24. in Matthæum.

S. CHARITON CONF. 28. Septembris.  
Sic persuasum habeo, ut dedecus plenum ignominia civi Romano fuit, ita plenum gloriae famam Christiano fuisse, ad tribunal cœli. Cur tamen CHARITON nobilis Iconii civis obtorto collo in jus iniquissimum raptatus exultavit etiam gaudio, cum in crucis formam extensus flagris foderetur barbarum, & facibus ustularetur miscandulum, nisi quod uni Scevolæ Romano invidiam facere omnes Christiani vellent, doceteque nullas honestiores cicatrices esse, quam pro Christo tyranno acceptas? His plenus miles noster in tacerem detrusus est. Aperuit tamen hunc, quem clausit impiam Aureliano mors impia. Ergo liber CHARITON, ut Christi vestigiis insisteret, instituit Hierosolymam petere; sed interceptum ex inimico prædones in antrum suum abducunt, ignari captivo se spoliandos. Etenim cum palantibus illis serpens haustum libasset, mortem omnes sub adventum biberunt, & e vinculis CHARITON Angelii operâ exemptus, spolia omnia prædonum prædam pauperum fecit. Inde jam animis insidias strueret.

476 VITA SANCTORVM. 28. Sept. 15. Sept.  
struere CHARITON, & ex urbe socios virtè plus  
mos in silvas pellicere, jamque asceteria tem-  
condere, verbis, exemplo tenere. Post hæc den-  
que placuit rupem concendere ( per solas scelus  
aditus erat ) indeque velut ex arce suis advigilare.  
Fons quoque cum decesserit, lacrymis hunc mem-  
tus est. Denique cum ad suos undique conve-  
tos pro virtute verba faceret, dixit & vixit, Ex  
Metaphr.

Si mortem assiduè meditaberis, non peccabis:  
si ab omnibus terrenis negotiis liber ac nudus fuiri  
latronis imperium non timebis: si hec caduca & fu-  
gacia despixeris, vittoria palmam obtinebis. S.  
Ephrem in Be. vitud.

S. LIOBA ABBATISSA. 28. Septembrio

LIOBA est, nobilis cum primis & Deo dicata  
virgo, eademque virginum multarum mater,  
Et hanc, cum Germaniam percoleret D. Boni-  
facius, ex Angliâ in auxilium evocavit, ut nova  
Parthenoni Bilchofheimensi Antistes prefllet.  
Vitam vixit, quam rebellis cælo Angelus inide-  
ret homini. Inde cum labie nullâ posset, similiis  
rumoribus famam vitiare virginis aggressus est in  
hunc modum. Muliercula stipe vicitabat, quia in  
dies singulos virginum asceterium portigebat.  
Hæc cum prolem extra thori leges enixa esset,  
crimen mergere cum partu in rivo voluit, qui  
cœnobium proximus alluebat. Sed non eluerant  
aquaæ facinus; prodiderunt, & in suspicionem ca-  
dis ad populum totum virginum Collegium vo-  
carunt. Hic LIOBA in auxilium Superos passus  
manibus tam diu vocare, dum Davidis omnia  
carmina percurseret. Inde cœnobii muros cir-  
cumlatâ cruce lustrare. Neque refugit patrocinari  
calum.